

Johann Jacob Stolterfoht Johann Heinrich Döbel

Syllexis Positionum Moraliū iuxta Philosophiam Scholasticam

Rostochii: Weplingius, 1689

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732453615>

Druck Freier  Zugang



Ru phil 1689

Q. B. U. D.
ΣΥΛΛΕΞΙΣ

POSITIONUM
MORALIUM
JUXTA PHILOSOPHIAM
SCHOLASTICAM

^{Quas}
Sub Divini Numinis auspicio
Consentiente Amplissima Facultate Philosophica
ventilandas proponent
PRÆSES

M. JOHANNES JACO-
BUS STOLTERFOHT

&
RESPONDENS

JOHANNES HENRICUS
DÖBELIUS, Rostochiensis.

In Audit. Boreali die 9. Februar. An. MDC LXXXIX.
Rostochii, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.



כ"ט
Positio prima.



Atur Philosophia,
quæ non est subtile aliquod
Ethnicorum inventum; sed
donum Dei, quo ingenium
humanum perficitur; & pro
diversitate objectorum,
quæ partim res necessa-
riæ, partim contingentes
sunt, dividitur in Theo-

reticam & Practicam.

II.

Sub Philosophia Practica, una cum *Politi-
tica* & *Oeconomica* simul quoque comprehendi-
tur *Ethica*, à moribus, quos dirigit, dicta, quæ
quamvis ab aliis doctrina *Moralis* vocetur, pro-
pre tamen & stricte loquendo non est, cum ab ea-
dem differat ut pars a toto, & eam tantummodo

) (2

deno

denotet Philophiæ Practicæ partem, quæ de Summo Bono, ut vocant, Morali, præcepta tradit.

III.

Summum hocce Bonum, quod ut, à Philosophis Ethnicis indagatum est, a Theologico distinguitur, humanis viribus est comparabile, & ultimus ille finis est ad quem omnes actiones nostræ mediantibus virtutibus Moralibus tendunt; unde recte nostra Ethica in *Ευδαιμονολογίαν* & *Αρεθολογίαν* dividitur, inter quas juxta regulam methodi analyticæ in Disciplinis practicis observandæ *Ευδαιμονολογία* priorem partem constituit, ut hoc pacto a notiori ad ignotius fiat progressus.

IV.

Virtus Moralis quæ naturaliter nobis non inest, sed crebris demum actionibus acquiritur, consistit in mediocritate quæ ad nos, & a recta ratione determinatur; pro objecto agnoscens affectus & actiones mediocritatem continentem.

V.

Affectus per se eos quibus insunt neque bonos neque malos reddunt, (quod contra Stoicos notamus) & pro subjecto agnoscunt Appetitum non cognoscitivum sed sensitivum.

VI.

Plures cadunt Affectus in hominem, quam in animantia bruta, & idcirco tamen homo, ex Stoicorum sententia, animal miserrimum minime est vocandus.

VII.

Actionum moralitas consistit in conformitate cum recta ratione, & vel cum lege consentit, aut

ab

ab eadem dissentit, unde patet quod nec de mente captis, nec animantibus brutis prædicari possit.

VIII.

Actiones Morales ab objecto speciem suam sumunt, & si reluctantante voluntate suscipiuntur, invitæ vocantur.

IX.

Actio violenta & quæ ex ignorantia, præsertim invincibili fit, agenti non potest imputari; voluptate autem allectus qui agit, nec coactus agere dicitur, nec veniam meretur,

X.

Phreneticum ob defectum sanæ rationis eadem committentem ab ordinaria pœna absolvimus, beftiamq; ob Sodomiam aut alia delicta ad supplicium recte trahi negamus.

XI.

Fortitudo, quæ est virtus Moralis, inter Audaciam & Timorem mediocritatem servat, & est circa pericula mortis, quæ vir fortis honestatis gratia aggreditur.

XII.

Fortitudinis actus, quos secundum temporis oportunitatem vir fortis exercere debet, tres sunt, *fuga, expectatio, & aggressus*, inter quos omnium potior in *Expectatione* consistit.

XIII.

Fortitudo quamvis etiam fœminis competat, primario tamen & proprie tantum prædicatur de Viris, quos virtus hæc moralis vere nobilitat.

3)

XIV. Quam

XIV.

Quamvis Fortitudo versetur circa mortem ut omnium terribilium terribilissimum, ἀσολυχησία tamen, quæ est contra jus Naturæ, Gentium, Civile & Divinum, nullam plane præ se ferre potest fortitudinis speciem.

XV.

Extrema Fortitudinis magis inter sese pugnant, quam cum ipsa Fortitudine, cujus Subjectum cum deliberatione agit, etiam in periculis repentinis.

XVI.

Temperantia, cujus species sunt Frugalitas & castitas, circa gustum & tactum peccat, & quidem inæqualiter, cum gravius circa voluptatem Tactus peccatum plerumq; esse soleat, quam circa voluptatem Gustus.

XVII.

Licitius Veneris detestatio stupiditas in Ethicorum scholis vocari solet, ac propterea non adeo laudatur, sed à Virtutum Moralium numero haud immerito excluditur.

XVIII.

Qui in Papatu rasæ Patrum cohorti sese associant, ut vitam suam cœlibatui voyeant, castitatis nomen raro merentur.

XIX.

Salvis Temperantiæ Legibus honestis inter esse

esse Conviviis ibidemq; in alterius salutem bibere
possumus, quamvis hæc sæpe fit causa intemperant-
iæ, ut tutius omitatur quam suscipiatur.

XX.

Quemadmodum Temperantia prolongatur
vita humana sic etiam intemperantia facile destrui-
tur; ac proinde non videmus cur illum *Ανομιεας*
non accusemus, qui vel nimia inedia corpus ma-
cerat, aut ingluvie onerat.



Quid sit, quæ nunquam stygias defertur
ad umbras
Virtus, & applausu petit inclarescere vulgi,
Affectusq; doces, quæ sint ratione domandi,
Quirve virum fortem deceat compescere frano
Corpus substricto, blandis ne id dira Voluptas
Illecebris frangat, doces in tentamine primo,
Tu fortis Sophia Miles: sic magna Trophæa
Rite paras tibi, nec vaga post carecta latere
Ingenui vires finis, aut requiescere plumis.
Non deerunt laudes vernanti flore juventæ,
Sicq; Patris magni mensuram nominis implet


DÖBE


*DÖBELI laudis vere pars optima nostra.
Pergito sic, voveo, in studiis feliciter omni
Tempore; si perges profectus edere doctos,
Virtutis dabitur certanti pulchra Corona.*

Ita Nobilissimo ac Præstantissimo Dn. Respondenti
de primo specimine Academico Imq; gra-
tularur

PRÆSES.







entit, unde patet quod nec de mente
animantibus brutis prædicari possit.

VIII.

es Morales ab objecto speciem suam su-
reluctante voluntate suscipiuntur, in-
r.

IX.

violenta & quæ ex ignorantia, præfer-
llifit, agenti non potest imputari; vo-
m allectus qui agit, nec coactus agere
e veniam meretur,

X.

icum ob defectum sanæ rationis cædem
em ab ordinaria pœna absolvimus, be-
odomiam aut alia delicta ad supplicium
egamus.

XI.

do, quæ est virtus Moralis, inter Au-
timorem med iocritatem servat, & est cir-
mortis, quæ vir fortis honestatis gratia

XII.

dinis actus, quos secundum temporis
em vir fortis exercere debet, tres sunt,
tio, & aggressus, inter quos omnium potior
me consistit.

XIII.

culo quamvis etiam fœminis competat,
men & proprie tantum prædicatur de
s virtus hæcce moralis vere nobilitat.

3 X

XIV. Qvam